tus est mensuram fidei· non sit ergo mihi aliud
docere nisi uerba ubi exponere et doctoris de his
quod dns dederit disputare· Ait itaque aposto
lus doctor gentium uas electionis· dico autem
innuptis et uiduis bonum esse illis si sic perman
serint sicut et ego· haec uerba ita intellegen
da sunt· ut non existimemus uiduas non oportere
innuptas dici. quia nuptias uidentur expertae·
Innuptarum enim nomine illas significat quae non
sunt nuptiis alligatae. siue fuerint siue non fue
rint· quod alio loco aperitur ubi dicit· diuisa est
mulier innupta et uirgo· quando utique et uir
ginem adiungit. quid mulierem innuptam nisi
uiduam uult intellegi· unde etiam deinceps
uno innuptae nomine professionem utramq· cō
plectitur dicens· quae innupta est sollicita est
ea quae sunt dni quomodo placeat dno· quae au
tem nupta est sollicita est ea quae sunt mundi quō
modo placeat uiro· Innuptam certe non eam
tantum intellegi uoluit quae numquam nupsit.
sed etiam eam quae nuptiarum uinculo per uidui
tatem liberata. nupta esse desiit· Nam ideo
et nuptam non dicit nisi eam quae uirum habet·
Non etiam eam quae habuit et non habet· Quaprop
ter uidua omnis innupta est. sed quia non omnis innupta
uidua est. sunt enim et uirgines· ideo hic utrumq·
posuit ubi ait. dico autem innuptis et uiduis· tamquā
diceret quod dico innuptis non eis solis dico quae uir
gines sunt. sed eis etiam quae uiduae sunt· bonū
esse illis si sic permanserint sicut et ego· ecce
est bonum tuum. ei bono comparatum quod dicit
apostolus suum· si fides adest. immo quia fides
adest. Breuis est ista doctrina· Nec ideo

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_210/0105